Quelle:
Copyright:



5.

Concilium Prov: Salisburgense 1418.

259b–266b

Concilium Provinciale Salisburgense ao 1418. Sub Eberhardo III Archiepiscopo celebratum. Incipit: "In nomine Sanctae Trinitatis &c: Eberhardus Dei et apostolicae Sedis gratia &c: Deus omnium creaturarum fabricator". Exstat in Concil: collect. Nic: Coleti T: 17. col: 19 seqq: apud Harzheim Conc: Germ: T: 5. p: 171. et Dalham Concil: Salisburg: p: 168. Illud autem miror, ab Harzheimio, et Dalhamio ante num II ea omissa esse, quae tamen Coletus, uti et codex noster exhibent, nempe: "Dampnacione simili reprobamus quorumdam oppinionem erroneam asserentem episcopum presbyterum sacerdotem curatum non posse absolvere presbyteros fornicarios a fornicacionis reatu propter votum castitatis inhibentes ne quisquam de cetero predictam oppinionem sub penis predictis docere tenere aut Dogmatizare quoquo modo presumpnat publice aut occulte &c." Caeterum codex noster in fine deficit: terminatur enim verbis: "pileum deferre debent cornutum", quae sunt ex capite penultimo de Judaeis. Plura videsis apud praefatos authores

Nota: Haec /: uti et praecedens Synodus Pataviensis :/ multo integrior, et sine lacuna exhibetur Cod: CLXXXVI. n: 10.